# Band I., Nr. 108, Seite 124-126

*Der Abt Walafred von Reichenau bestimmt in Gemeinschaft mit den Klosterältesten, welche Einkünfte ihr Keller zur Bestreitung des klösterlichen Haushalts jährlich zu beziehen und was er dafür zu leisten habe.*

## Reichenau, 843. September 1.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Walfredus deo favente Augiensium abbas, quamvis indignus. Omnium fidelium nostrorum tam presentium quam futurorum comperiat industria, qualiter nos, cum senioribus residentes et tam de futuro quam de presenti fratrum comodo premeditantes, disposuimus, quid utilitatis et quale debitum singulis annis nostro communi cellerario posset conferri. De Chuningespahc X haspas de canafo; de Otelingen[1] similiter: in Marcheluingen debent esse VI mansarii, qui has parare debent. De Pirningen[2] X modios leguminum, C casei, unam ovem, IV haspas de filis, V de canafo, unum cadum de melle. De Emphingen similiter. De Pinestorf similiter. De Wagingen[3] similiter, et unam padellam. De Tuseling[4] similiter, et in natale Domini C scudellę et unam magnam scudellam, vasa parapsidum, et in assunptione sanctę Mariaę L scudellas, et in pasca C scudellas et L parapsidum. De Meringen similiter, sicut de Wingen[5], et XII ollas in natale Domini et L cacabas, et in festivitate sancti Michahelis item XII ollas et L cacabas, et in pasca similiter. De Tuttelingen similiter, sicut de Emphingen. De tota Para duo caldaria, unum maiorem et unum minorem, excepto Wagingen, duas naves una maior et una minor. De Rodelingen[6] et de Honistetten[a] decem haspę de lino, C casei, unum cadum męllis, L duos modios salis, XII cados de pinguedine. De pasca sancto usque in festivitatem sancti

[a] Nach Reinhard H. Seitz: Die (abgegangene) staufische Stadt Höchstädt a.d. Donau und der Besitz des Klosters Reichenau. In: Jahrbuch des Historischen Vereins Dillingen 104 (2003), S. 49-112, S. 49 ff. ist damit Höchstädt bei Donauwörth zu identifizieren.

[1] Aidlingen, Aidlingen, BB.
[2] Bierlingen, Starzach, TÜ.
[3] Wehingen, Wehingen, TUT.
[4] Deißlingen, Deißlingen, RW.
[5] *Wingen*, nicht bestimmbar, vielleicht aber auch verschrieben für *Wagingen*, also Wehingen.
[6] Riedlingen, Riedlingen, BC. Anders Reinhard H. Seitz: Die (abgegangene) staufische Stadt Höchstädt a.d. Donau und der Besitz des Klosters Reichenau. In: Jahrbuch des Historischen Vereins Dillingen 104 (2003), S. 49-112, S. 49 ff., der damit Riedlingen bei Donauwörth identifiziert.

Michahelis per singulas ebdomadas VI pondera lardi dentur ei et cottidie XX panes librati et porrum sufficienter ad warimosium. Ad warmosium, ut charitativę preparetur, quatuor vaccę cellerario dentur, una de Tuselingen, secunda de Altheim, tertia de Muleheim, quarta de Thettingen. Hae autem vaccae in horto fratrum stabilientur et a cellerario bene procurentur. Quod si harum vaccarum una moriatur, altera de eadem villa, unde ea quę mortua est successit, restituatur. Et cottidie warmosium fratribus tribuatur, preter hos dies quando pleno servitio eis serviatur: et hoc ideo, si quis fratrum de tribus ferculis, quę cottidie eis dantur, propter infirmitatem stomachi non cibetur, saltim de quarto, quod est warmosium, pro lenitate cibi reficiatur. De Stecheboron XL viri vinitores debent plantare porrum in orto fratrum, unusquisque XII lineas, et discipuli cellerarii debent XII spacia inponere et plantare; de portario debent VI spacia inponere, de hospitario sex spacia. De Unlaingen C caseos, X modios leguminum, unum cadum mellis, I ovem et V haspas de lino. De Alteim similiter. De Gecgingen[7] similiter. De Munehrdorf[8] similiter. De oriente debent dare duas naves, unam maiorem et unam minorem, et debent edificare IIII domos piscatoribus, et de Para similiter. De Longobardia XII modios castanearum, V somas olei. De reia curia XL modios de fauis, CCC caseos maiores. De camera abbatis unam minorem sagenam et duas naves. De Almenesdorf XII haspas de canafo et unam navem. De Uuolmotingen X haspas. De Tettingen X haspas. De Vvolmotingen et de Tettingen navem maiorem; et in Vvolmotingen debent parari haspę: et de Hagene IIII maltera frumenti ad haspas parandas. De Almenesdorf dentur XVII carrade de virgis ad capiendos parvos pisces ad Lohen. De Vvolmotingen XII carradę palorum, et de Tettingen XII ad octo loca piscalia, exceptis beneficiis piscatorum. Et si inde aliquam fraudem fecisse culpantur, servili iudicio examinentur. Et cum sagena fratrum in superiori lacu est ad piscandum, piscatores primo mane vadant, ut pisces ad tempus mensę deferant et prandium a cell[er]ario accipiant. Unicuique autem piscatori sagenam fratrum trahenti stŏpus vini, si ita habunde crevit ut possit dari, cum pane tribuatur; at si non crevit, steculus cervisię gratanter ab eis suscipiatur. Cellerarius det sagenam ad capiendos pisces, qui dicuntur flores piscium, et duo piscatores inponant eam in aquam, et duo agitent pisces per alveum Reni, et illis IIII singulis unum calicem vini tribuat minister cellerarii; et quotiens nuncius cellerarii venerit et eos agitare iusserit, statim parati sint, et nemo sedeat in illo loco Lohen nisi IIII viri piscatores. Et quotiens minister a cellerario piscatoribus episcopi iusserit, parati sint ad piscandum, propter utilitatem quam de nostro habent. Et quotiens a pascha ad Hagene in paludibus et in harundinetis locis illis quatuor

[7]Göggingen, Krauchenwies, SIG.
[8]Mindersorf, Hohenfels, KN.

piscatoribus piscari precipitur, parati sint cum navibus et aliis instrumentis piscalibus, et post piscationem eant ad cell[er]arium et accipiant prandium, et a natale Domini usque in pascha in singulis dominicis veniant cum suis piscibus ad cell[er]arium. Hec omnia supra dicta cum senioribus nostris statuimus, cellerario singulis annis ut tribuantur, ut fratres per hec ab eo statuto tempore pleniter reficiantur.<br> <br> Ego Sneuuart monachus et diaconus scribsi et sigillo domni Uualfredi abbati[s] consignavi. *(Rekognitionszeichen) (Siegel).*<br> <br> Acta sunt hec Augia[b] Kalendis Septembris, in nativitate sancte Uerenę virginis, anno autem dominicę incarnationis DCCCXLIII. feliciter, amen.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Die Urkunde wurde von dem Custos Odalrich gefälscht. Vgl. zur Urkunde insgesamt Aloys Schulze: Die Urkunde Walahfrid Strabos von 843 eine Fälschung. In: Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins N.F. 3 (1888), S. 345-353, S. 345 ff.: Die Handschrift ist derjenigen anderer gefälschter Urkunden dieses Klosters ähnlich. Die hier gebrauchten Formen der Ortnamen gehören einer späteren Zeit an, als derjenigen des 9. Jahrhunderts. Feststeht, dass mehrere der genannten Orte erst später an das Kloster geschenkt wurden. In der Urkunde wird ein im 9. Jahrhundert sicherlich noch nicht vorhandener Zustand der inneren Entwicklung des Klosters dargestellt, und die Sprache ist für Walahfried Strabo zu ungebildet.<br> <br> Von dem aufgedrückten Siegel ist nur noch ein Bruchstück erhalten. Das Brustbild darauf gleicht dem eines Imperators, auch ist man versucht, den noch vorhandenen Rest der Umschrift ARNOLFUS zu lesen. Vermutlich handelt es sich um die Nachbildung eines Siegels von König Arnolf. Als Dorsualvermerk von gleich alter Hand: *de debito cellerarii.*

[b] *Augia* steht über den Worten *Acta sunt hec.*

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

GLA Karlsruhe

**Signatur/Titel des Originals:**

C 1

**Editionen:**

Carl George Dümgé: Regesta Badensia. Urkunden des Großherzoglichen Badischen General-Landes-Archives von den ältesten bis zum Schlusse des zwölften Jahrhunderts, die im Drucke bereits erschienenen nach ihrem wesentlichen Inhalte mit Anzeige und kurzer Wür, S. 70 f., Anhang Nr. 5. Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...] 42 (1888), S. 352 f.

**Regesten:**

Repertorium schweizergeschichtlicher Quellen, Abt. 1, Bd. 1, S. 13, Nr. 73.

**Literatur:**

Vgl. ebenso Karl Brandi: Die Reichenauer Urkundenfälschungen, Heidelberg 1890 (Quellen und Forschungen zur Geschichte der Abtei Reichenau, 1), S. 13, 43, 55 und 69 (zur Fälschung). Fürstenbergisches Urkundenbuch, Bd. 5, S. 18 (zur Ortserklärung). Reinhard H. Seitz: Die (abgegangene) staufische Stadt Höchstädt a.d. Donau und der Besitz des Klosters Reichenau. In: Jahrbuch des Historischen Vereins Dillingen 104 (2003), S. 49-112, S. 49 ff. (mit Abb. S. 76).

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Reichenau

**Ortsindex:**

Aidlingen Wohnplatz (72)<br> Aidlingen, BB<br> Allmannsdorf Wohnplatz (14431)<br> Allmannsdorf, Konstanz, KN<br> Altheim Wohnplatz (17044)<br> Altheim, BC<br> Bierlingen Wohnplatz (16240)<br>

Bierlingen, Starzach, TÜ<br> Binsdorf Wohnplatz (16349)<br> Binsdorf, Geislingen, BL<br> Deißlingen Wohnplatz (12819)<br> Deißlingen, RW<br> Dettingen Wohnplatz (14434)<br> Dettingen, Konstanz, KN<br> Empfingen Wohnplatz (7396)<br> Empfingen, FDS<br> Ettlingen Wohnplatz (5346)<br> Ettlingen, KA<br> Göggingen Wohnplatz (21130)<br> Göggingen, Krauchenwies, SIG<br> Hegne Wohnplatz (14261)<br> Hegne, Allensbach, KN<br> Honstetten Wohnplatz (14298)<br> Honstetten, Eigeltingen, KN<br> Königsbach Wohnplatz (7184)<br> Königsbach, Königsbach-Stein, PF<br> Markelfingen Wohnplatz (14559)<br> Markelfingen, Radolfzell am Bodensee, KN<br> Mindersdorf Wohnplatz (14745)<br> Mindersdorf, Hohenfels, KN<br> Möhringen Wohnplatz (14191)<br> Möhringen, Tuttlingen, TUT<br> Mühlheim an der Donau Wohnplatz (14121)<br> Mühlheim an der Donau, TUT<br> Reichenau Wohnplatz (14588)<br> Reichenau, KN<br> Riedlingen Wohnplatz (17487)<br> Riedlingen, BC<br> Steckborn, Kt. Thurgau, Schweiz<br> Tuttlingen Wohnplatz (14194)<br> Tuttlingen, TUT<br> Unlingen Wohnplatz (17712)<br> Unlingen, BC<br> Wehingen Wohnplatz (14203)<br> Wehingen, TUT<br> Wingen<br> Wollmatingen Wohnplatz (14458)<br> Wollmatingen, Konstanz, KN